

RACIONE SUPPLICANDI impetratio enim uel dicit ipsam condescensionem qua  
 Deus petitioni <sup>219</sup> nostre annuit <sup>220</sup> et ita hoc <sup>221</sup> est idem coniungi Deo <sup>222</sup>  
 quod impetrare et ita simul sunt <sup>221</sup> uel dicit consecucionem efficiens <sup>222</sup>  
 petiti et sic contingit quod prius iungatur <sup>223</sup> homo Deo quam impetret  
 in ordine effectus. (107) Que scilicet spes et deprecacio SI RECEPTA  
 id est concessa NECESSITATE FUTURORUM NICHIL CREDANTUR HABERE VIRIUM <sup>224</sup>  
 QUID <sup>224</sup> ERIT QUO CONNECTI ATQUE ADHERERE <sup>225</sup> POSSIMUS ILLI PRINCIPI RERUM? <sup>225</sup>  
 quasi diceret nichil. (110) QUARE NECESSE ERIT <sup>226</sup> HUMANUM GENUS <sup>229</sup>  
 DISSEPTUM <sup>227</sup> id est disiunctum SUO <sup>228</sup> FONTE id est a suo principio Deo <sup>229</sup>  
 FATISCERE <sup>230</sup> scilicet deficere <sup>231</sup> UTI <sup>232</sup> CANTABAS PAULO ANTE libro quarto,  
 metro sexto. <sup>232</sup>

V m 3

QUENAM DISCORS <sup>1</sup> metrum <sup>2</sup> tercium <sup>3</sup> libri <sup>4</sup> quinti <sup>5</sup> quod dicitur <sup>6</sup> Adonicum <sup>7</sup>  
 uel Archilochicum <sup>8</sup> de quo habitum est supra libro quarto, metro sexto. <sup>9</sup>  
 Ponit autem in fine unum uersum metri Adonii dactilici dimetri de quo <sup>10</sup>  
 habitum est libro primo, metro ultimo, in quo facit exclamacionem <sup>11</sup>  
 super impossibilitate que apparet inter <sup>12</sup> providenciam <sup>13</sup> et liberum <sup>14</sup>  
 arbitrium. Et diuiditur in quatuor partes in quarum prima exclamando <sup>15</sup>  
 querit quare sunt impossibilia, cum per <sup>16</sup> considerata uideantur <sup>17</sup>  
 possibilia. Secundo ponit ad hoc responsionem <sup>18</sup> ibi (6) AN NULLA EST. <sup>19</sup>  
 Tercio contra responsionem <sup>20</sup> obicit <sup>21</sup> ibi (11) SED CUR TANTO. <sup>22</sup> Quarto <sup>23</sup>  
 solvit obiectionem <sup>24</sup> ibi (20) AN CUM MENTEM. Dicit ergo (1) QUENAM <sup>25</sup>  
 CAUSA <sup>26</sup> DISCORS <sup>27</sup> RESOLVIT <sup>28</sup> FEDERA RERUM <sup>29</sup> scilicet ne se <sup>30</sup> compatiantur <sup>31</sup>  
 simul aut QUIS DEUS TANTA

---

219 petitionem J pemptioni R / 220 annuit P / 221 hoc est . . . simul  
 sunt D (idem om. QJR) et ita dicunt quod coniungi Deo quod impetrare et  
 ita sunt simul P et ita debent hic coniungi tota quod impetrare et ita  
 sunt simul PeG / 222 efficiens CJDG effectus PPe / 223 coniungatur P /

224 qui quid erit quo (quod G) connecti (committi G) aut coherere PPeG /  
 225 principi rerum RDPeG principi OJ principio P / 226 est OR /  
 227 disseptum JPe disceptum ORDGP / 228 a suo P / 229 deo om. R /  
 230 fatiscere om. PPeG / 231 scilicet deficere PPeG om. OJRD / 232 uti  
 paulo ante cantabas libro quarto metro sexto circa finem R /

1 libri quinti om. PPeG / 2 adonicum PPeG adonum OJRD / 3 archi-  
 lochicum DP arlochicum O arilochicum J archilogum R archilogicum Pe  
 achilogicum G / 4 habitum est . . . de quo om. O / 5 adonii JRDP  
 adonici PeG / 6 diametri PeG deametri P / 7 habitum est OJRD supra  
PPeG / 8 ultimo OJRD quinto PPeG / 9 partes in quarum prima OJRD et  
 in primo P in primo PeG / 10 incomprehensibilia O / 11 mensionem PeG /  
 12 mensionem PeG (?D) 13 tante R / 14 quanto R / 15 aut PPeG /  
 16 causa discors resoluit JD discors resoluit OR discors causa  
 resoluit P (solvit PeG) / 17 se om. PPeG

V H 3

BELLA STATUIT DUOBUS VERIS (4) UT<sup>18</sup> SINGULA scilicet vera QUAE CONSTENT<sup>19</sup> CARPTIM  
 id est sigillatim accepta EADEM MIXTA id est coniuncta NOLINT<sup>20</sup> IUGARI id est copu-  
 lari compatiendo se invicem.<sup>21</sup> Si enim consideremus<sup>22</sup> providentiam per se, possibilis  
 est;<sup>23</sup> similiter<sup>24</sup> si liberum arbitrium per se,<sup>25</sup> possibile est;<sup>26</sup> si utrumque simul,  
 videntur impossibilia.<sup>27</sup> Deinde cum dicit (6) AN NULLA solvit hanc questionem  
 dicens quod istis<sup>28</sup> duobus veris nulla est discordia sed apparentia discordiae  
 provenit ex debilitate intellectus nostri, unde dicit<sup>29</sup> AN nota<sup>30</sup> solutionis NULLA  
 EST DISCORDIA VERISQUE pro sed SEMPER CERTA<sup>31</sup> COHAERENT SIBI<sup>32</sup> (8) SED MEMS CAECIS  
 OBRUTA id est oppressa MEMBRIS caecis id est cessantibus: corpus enim quod corrumpi-  
 tur aggravat<sup>34</sup> animam (Sapientiae decimo.) Quomodo autem aggravat patet supra<sup>35</sup>  
 libro tertio, metro undecimo.<sup>36</sup> (9) NEQUIT IGNE id est vigore OPPRESSI LUMINIS  
 scilicet intellectualis NOSCERE NEXUS TENUES id est subtiles RERUM scilicet quae  
 discordare videntur.<sup>37</sup> (11) SED CUR TANTO<sup>38</sup> obicit contra istam responsionem:<sup>39</sup> si  
 enim anima<sup>40</sup> ignorat illas subtiles connexiones<sup>41</sup> rerum, unde est quod desiderat illas  
 scire, cum nichil ignotum possit desiderari? Dicit ergo SED CUR FLAGRAT id est ardet,  
 hoc est ardentem cupit, scilicet anima REPERIRE NOTAS id est notificationes TECTAS<sup>42</sup>  
 id est latentes obscuritate<sup>43</sup> VERI id est veritatis.<sup>43</sup> (13) SCITNE id est numquid<sup>44</sup>  
 dicendum est quod scit<sup>45</sup> illud QUOD ANXIA APPETIT NOSSE? quasi diceret non, quia  
 nullus appetit scire illud,<sup>46</sup> quod scit unde subdit (14) SED<sup>47</sup> QUIS LABORAT<sup>48</sup> SCIRE  
 NOTA<sup>49</sup> quasi diceret nullus.<sup>50</sup> Oportet ergo discere<sup>51</sup> quod nescit.<sup>52</sup> Sed<sup>53</sup> tunc sequit

a. Cf. c. 9, 15

18. et JR / 19 constant OJD constant RPpEG / 20 voluit RPeG / 21 ducere P /  
 22 consideramus D / 23 est om. DPeG / 24 similiter OJ et similiter R om. PPeG /  
 25 se om. P / 26 est om. D / 27 impossibilia OJR impossibilia DPpEG /  
 28 istis OJD om. R hiis PPeG / 29 unde dicit om. P / 30 an nota ac non nota R /  
 31 certa om. O / 32 sibi om. RD / 33 abruta ex abrata R abruta D /  
 34 aggravat RP aggravet OJD / 35 supra om. PPeG / 36 enim R / 37 videntur om. R /  
 38 tanto om. PPeG / 39 mensionem PeG / 40 alia R / 41 compositiones D /  
 42 rectas OP / 43 obscuritate obscuritate [sic] id est veritatis R / 44 numquid JRD  
 numquam OPpEG / 45 scit RD sit OJPPeG / 46 illud om. R / 47 sed JRD si OPpEG /  
 48 laboret O / 49 notas D non PeG / 50 nullus om. R / 51 discere scripsi dicere  
 OJDPeG om. R / 52 nesciat R / 53 unde dicit at si nescit sed RD /

Sequitur

aliud inconyeniens, scilicet quod desiderat illud quod nescit, unde dicit (15) AT  
 SI NESCIT id<sup>54</sup> est illud quod appetit QUID PETIT CAECA id est ignorans<sup>54</sup>: QUIS<sup>55</sup>  
 enim NESCIVS OPTET QUICQUAM?<sup>55</sup> Omnis enim appetitus animalis est respectu alicuius  
 apprehensi<sup>56</sup> per cognitionem.<sup>57</sup> Unde appetitus non movetur a bono<sup>58</sup> nisi apprehenso  
 per cognitionem. (17) QUIS<sup>59</sup> ENIM VALEAT SEQUI NESCITA -VE pro vel QUIS NESCIVS<sup>60</sup>  
 QUEAT<sup>61</sup> NOSCERE QUO<sup>62</sup> INVENIAT supple illud quod querit -QUE pro et QUIS NESCIVS<sup>60</sup>  
 QUEAT NOSCERE<sup>62</sup> FORMAM REPERTAM quasi diceret nullus. Deinde cum dicit (20) AN CUM<sup>63</sup>  
 MENTEM solvit istam objectionem, ubi considerandum est<sup>64</sup> quod, sicut anima habet  
 duplex<sup>65</sup> esse scilicet coniunctum et separatum, sic habet et duplicem modum cognos-  
 cendi per conversionem ad fantasmata et acquirit determinatam cognitionem rerum  
 colligendo eam per subministrationem<sup>66</sup> sensuum<sup>67</sup> ex sensilibus; separata vero  
 cognoscit per conversionem<sup>68</sup> ad Deum, a quo influunt<sup>69</sup> ei<sup>70</sup> species per quas cognos-  
 cit. Sed tamen<sup>71</sup> cognitio sua, quam habet separata,<sup>72</sup> non est ita perfecta nec<sup>73</sup> ita  
 determinata<sup>73</sup> sicut illa quam acquirit coniuncta, ut puta de ipsa et aliis animabus.  
 Et in quibusdam aliis cognitionem, quam de rebus habet separata, non colligit ratio-  
 cinando, sicut nec angeli, sed simplici intuitu novit conclusiones in principiis in  
 quantum virtus intellectiva se extendit, quia non ad omnes conclusiones istas  
 sequeretur quod habere posset cognitionem rerum determinatam. Est etiam ulterius  
 sciendum, quod iste modus<sup>74</sup> cognoscendi sit anime minus naturalis quam modus  
 cognoscendi in corpore, sicut et esse tamen iste modus<sup>75</sup> aliqualiter convenit<sup>76</sup>  
 ei<sup>77</sup> per prius,<sup>76</sup> quia<sup>78,79</sup> quod convenit alicui secundum<sup>80</sup> se per prius<sup>80</sup>  
 convenit ei quam<sup>81</sup> quod convenit ei<sup>81,82</sup>

51

54 id est...ignorans (ignorata PPeG) om. R / 55 quis enim nescius optet quicquam  
 OJR (optet quicquam nescius D) quomodo enim nescius quicquam appetit PeG quid enim  
 nescimus oportet quicquam P / 56 apprehendi R / 57 per cognitionem om. R / 58 a  
 bono OJRD ab aliquo PPeG / 59 quid P / 60 nescito P / 61 querit D / 62 quo. . .  
 noscere om. R inveniat super illud que querit que et quis ignarus queat G / 63 tum OJ  
 64 est JR et O om. DPPeG / 65 sicut duplex J / 66 subiectam ministrationem D om. R /  
 67 sensum et instructionem sensuum R / 68 ostensionem PeG / 69 influuntur R / 70 ea R  
 71 tantum PPe / 72 separatam OP / 73 nec ita determinata om. P / 74 licet iste  
 motus J / 75 iste modus om. R modus cognoscendi D / 76 per prius convenit ei R /  
 77 ei om. P / 78 quia...ei om. R / 79 quia om. P / 80 secundum se per prius] quod  
 semper prius P prius PeG / 81 quam...ei om. D / 82 ei om. P /

per aliud uel ex alio sed iste<sup>83</sup> modus cognoscendi quem habet separata<sup>83</sup>  
 conuenit<sup>84</sup> ei secundum se ipsam<sup>84</sup> in quantum est forma materialis. Sed  
 alius modus conuenit ei in quantum est forma corporis et existens in  
 corpore. Et hiis suppositis exponere litteram sic: (20) AN nota<sup>85</sup> solutionis  
 CUM<sup>86</sup> scilicet anima CERNERET id est per prius debeat ei modus cognoscendi  
 quo<sup>87</sup> nata sit<sup>87</sup> cernere MENTEM ALTAM id est Deum conuertendo<sup>88</sup> se ad  
 ipsum tanquam principium<sup>89</sup> influens ei species quibus cognoscit NORAT id  
 est<sup>90</sup> nota fuit<sup>91</sup> per istam cognitionem noscens<sup>92</sup> SUMMAM id<sup>93</sup> est principia  
 PARITER<sup>93</sup> ET SINGULA id est<sup>94</sup> conclusiones in<sup>95</sup> principiis. (22) NUNC  
 id est per modum cognoscendi quem habet in corpore qui quodam modo posterius  
 conuenit anime CONDITA id est abscondita NUBE MEMBRORUM id est membris  
 intellectum obnubilantibus NON EST OBLITA SUI IN TOTUM<sup>97</sup> id est non

96

---

83 iste ... separata OJRPaG (habet animus D) iste in quibus cognoscendi  
 quem habet separata P / 84 conuenit ... ipsam OJP conuenit ei RDPaG ~~¶~~ /  
 85 non R / 86 nosse R nosce P / 87 quo enim ita est R / 88 contendo R /  
 89 ad principium R / 90 scilicet P / 91 fuerit P / 92 noscens D  
 nosce OJRPPaG / 93 id est principia pariter OJRD particularem partem P /  
 94 id est om. Q / 95 ex P / 96 per posterius R / 97 toto P /

totaliter perdit cognitionem quam secundum se nata est habere; unde non  
accipitur hic obliuio proprie secundum quod est ignorantia<sup>98</sup> alicuius  
prius actualiter cogniti<sup>99</sup> sed secundum quod est ignorantia alicuius<sup>100</sup>  
per<sup>101</sup> prius aliquo modo nati cognosci SUMMAMQUE TENET<sup>102</sup> scilicet<sup>103</sup>  
habendo habitum principiorum in quo omnia uelud in summa cognoscuntur  
perdens singula id est<sup>103</sup> cognitionem singulorum in particulari. (25)  
<sup>104</sup>IGITUR QUISQUE REQUIRIT id est appetendo querit VERA<sup>105</sup> scilicet<sup>106</sup>  
cognoscere NEUTRO EST HABITU scilicet<sup>107</sup> talis enim NEQUE NOVIT scilicet  
in speciali illud quod querit<sup>108</sup> NEC PENITUS TAMEN NESCIT<sup>109</sup> OMNIA id est  
non<sup>110</sup> est totaliter<sup>110</sup> ignarus SED SUMMAM id est habitum

---

98 ignominiosa R / 99 cognoscentis P / 100 alicuius om. P / 101 sed P /  
102 tenet om. P / 103 scilicet ... id est OJRD om. P / 104 igitur om. R /  
105 s'a Q / 106 scilicet om. P / 107 scilicet om. P / 108 requirit R /  
109 nescit RP / 110 totaliter non est P /

principiorum QUAM RETINENS MEMINIT id est in<sup>111</sup> memoria tenet (29) CONSULIT  
 scilicet actuali consideracione ALTE id est adquisita<sup>112</sup> RETRACTARI VISA  
 id est considerata UT QUEAT OBLITAS PARTES id est conclusiones non cognitae  
 que sunt pars eorum que in principiis cognoscuntur<sup>113</sup> ADDERE PARTES<sup>114</sup>  
 SERVATIS id est principiis<sup>113</sup> que habitualiter seruantur in intellectu et  
 sunt pars cognitionis<sup>115</sup> eorum que ex principiis deducuntur. Sic igitur  
 desiderium cognoscendi<sup>116</sup> presupponit aliquam<sup>117</sup> cognitionem scilicet  
 uniuersalem et querit specialem et<sup>118</sup> de hoc<sup>118</sup> tractat beatus<sup>119</sup> Augustinus  
 satis exquisite<sup>120</sup> libro<sup>121</sup> octauo de Trinitate. Quidam uero exponentes  
 Boecium dicunt eum locutum more quorundam Platoniorum ponentium animas  
 creatas in celo<sup>122</sup> et haberi perfectam cognitionem omnium et eam per lapsum  
 ad corpora obliuisci sed reduci per excitacionem sensuum, quod uidetur  
 insinuari in Menone<sup>123</sup> Platonis ut tactum est supra<sup>124</sup> libro tercio metro  
 undecimo. Si autem<sup>125</sup> sic exponatur planior<sup>126</sup> erit littera<sup>126</sup> sed falsa  
 sententia.<sup>127</sup>

cl 82A et s.

111 in cm. P / 112 adquisite CR acquiescite P / 113 cognoscuntur ...  
 principiis om. R / 114 partibus P / 115 cognitionum R / 116 desiderandi  
PPeG / 117 aliam PPeG / 118 et de hoc CJPPeG et hoc RD / 119 beatus  
OJRD om. PPeG / 120 exquisite cm. R / 121 in libro R / 122 exemplo P /  
 123 menonone O / 124 supra om. PPeG / 125 nam si R / 126 littera  
 planior est R / 127 sententia falsa R /